

Vir Clarissime!

AD aures pervenit labor ille sacer et optimus tuus, in componendis Psalmis et cantilenis, qvas *David Rex et Prophetæ* lyræ suæ aptavit qvām svavissimè, Opus certè, qvod DEO non placere non potest, et Ecclesiæ suæ jucundum et utile futurum omnino est. Mundus immundus Bachi hymnos et Evöe sceleratissimum et diabolicum extollat, tu non sic, sed laudare, cantare, jubilare, exultare et psallere DEO Davidis more exocularis, et omnibus anteponis, et sic, juxta Proverbium illud verè aureum: Præparas te in (: mundi hujus :) vestibulo, ut possis aliquando introire in (: cœlestis :) atrium ubi laudare, cantare, jubilare, exultare et psallere DEO, perpetuum et Angelorum et Beatorum opus erit.

Perge Vir pie, et studium Pietatis strenuè decurre, sic DEO placebis, et semper honor, nomenq; tuum laudesq; manebunt.